



Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. Primus & præcipuus est, Testimonium horrendæ iræ Dei aduersus peccata, & horibilium pœnarum quibus peccata plectuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

III. Testimonia de peccato Origini.

V. Diluuium est imago extremæ diei & Iudicij.

VI. De sacrificio Nohæ.

I.

Declarauit Deus iudicium suum aduersus peccata, non solum uoce Legis & comminatione paenarum, sed etiam horribilibus exemplis diluuij, excidij Sodomorum, & totius historiæ mundi. Omnes enim generis humani calamitates, mors, morbi, excidia gentium & urbium, incendia, fames, cedes, inopia, bella, sunt conciones de uera & horrenda ira Dei aduersus peccatum, ut Psal. 18. dicitur, Propter iniquitatem corripis filios hominum. Et Ier. 8. Potum dedit aquam fellis, Peccanimus enim Domino. Sed omnium maxime illustre testimonium serie, ingentis, & inenarrabilis iræ Dei aduersus peccata, est mors filij Dei. Hæc terribilia opera Dei ideo proposita sunt, ut eorum consideratione prophanam securitatem excutiamus, & ad uerum timorem Dei flectamur.

Cause autem huius horrendæ poene, qua totus Mundus Diluuiio obrutus est, hoc in loco quatuor recitantur.

I. Cycloa

I. Cyclopicus contemptus uerbis
ministerij diuini, quod gygantea audacijs
riq; deridebant. Ideoq; ab ijs sublatum est. Id
uolunt uerba: Non iudicabit spiritus meus in hu-
ne, Quia caro est.

II. Vagæ libidines.

III. Oppressiones imbecilliorum,
IV. Prophana securitas totius Mundi
negligens ac contemnens uerbum
ministerium, ac cōminationes diuinae
ut Matth. 24. & Luc. 17. dicitur, Sicut in diebus No-
ha comedebant, nubebant, elocabantur, ducebant.
Ostendit autem Christus similem securitatem in
Mundi finem esse futuram, & exemplo diluvii
ad timorem Dei & uigilantiam hortatur. Per
Impiorum iudicium non tardat, & perditio eorum
non dormitat. Nam si Deus Angelis qui peccauere
non pepercit, sed catenis caliginis in tartarum prae-
cipitatos tradidit in iudicium, & originali Mundi
non pepercit, sed octauum Iusticiae praconem Na-
seruauit, diluuiio in mundum impiorum induxit.

IV.

Testimonia de peccato Originis illustria
considerentur. Gen. 6. Cuncta cogitatio cordis mei
est in omni tempore, & 8. Cogitatio humani cor-
mala est à pueritia. Sunt autem magis illustria ut
ba*id e
C o
pro
ut l
tum
hon
ma
imin
duo
pec
D
qui
De
ritu
dica
grit
ricu
tur.
Hac
test.)*

בְּלִיצָר לֵב הַאֲרָם רֹעַ
id est, Omne *figmentum cordis seu omne quod fингit*
et cogitat cor hominis, malum est. Non dicit tantum
pronas ad malum esse cogitationes cordis humani,
ut latinus interpres deprauauit, Sed ipsum figmen-
tum seu opificium cordis, seu quidquid format cor
hominis, id malum est, et non congruens cum nor-
ma Legis diuinæ, seu ut Rom. 8. Paulus loquitur, Est
inimicia aduersus Deum. Adiungantur itaq; hæc
duo Testimonia reliquis, que supra cap. 3. et 5. de
peccato Originis recitata sunt.

II.

DESCRIP TIO VERÆ
Ecclesiæ.

Vera Ecclesia est cœtus iustorum
qui amplectuntur Verbum, in quo se
Deus patefecit, & sanctificati per Spí-
ritum sanctum, uera inuocatione, præ-
dicatione, confessione, & morum inte-
gritate Deum colunt, & in omnibus pe-
riculis a Deo custodiūtur & gubernan-
tur, et tandem uitę æterne heredes fiūt.
Hæc descriptio erudite ex historia Nohæ extrui po-
test. Noha erat uir iustus, id interpretatur Epistola

P ad Ebræos